



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

6. De paßione imaginis Domini nostri Iesu Christi in Beritho vrbe Syriæ
crucifixæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

herent, & omnes acies ita lustrarent. Fertur enim quidam, eò quòd aliquando ferens hoc signum repente hostibus inuadentibus expa- uisset, dedisse illud alteri deuehendum: cumq; se de praelio subtraxisset, & iacula declinasset, subito percussus interiit: ille verò qui sacrum suscepit trophæum, multis se iaculantibus, permansit illæsus. Mirabiliter enim diuina re- gente virtute, sagittæ hostium figebantur in signo, à signifero autem inter pericula protin- us euolabant. Dicitur autem neq; alium vn- quam huius signi ministrum, vt solet in bello vulnere mortuum, aut cladem captiuitatis perpellum.

Libellus Athanasij Episcopi Alexandrini, de pasto- ne imaginis Domini nostri Iesu Christi in Beryto urbe Syria crucifixæ, qui in 7. Synodo Oecumeni- ca actione 4. vnde nos eum descripsimus, citatur, & Athanasio tribuitur, quod plurimum facti ad libelli auctoritatem. Habetur inter opera Athana- sij, & in Tomis Laurent. Surij 9. Nouembris.

CAP. VI.

Leuate oculos intellectus vestri, nouum hoc spectaculum contemplamini, inspi- cite in Dei immensum hoc miraculum, date ei gloriam, illius inexplicabilem erga homi- nes amorem, illiusq; dispensationis magnitu- dinem considerate, lachrymas cum lætitia fundite, apud Deum nihil nouum. Deus enim existens, cuncta potest. Quod autem in diebus

384 COLLATION. SACRAR.

nostris, & nostri causa factum est, corda enim quæcunq; audient, in stuporem ducet. Scipuit cælum propter talia ausa. Abyssus coæ turbata nimis est, Sol, Luna, & reliqua sicut obtenebrata sunt ob tale facinus. Rursus ætæ lætata sunt ob id, quod circa se Deus dispesuit. Cunctæ cælorum virtutes, au dite, & stupescite in eo, quod factum est in diebus nostris. Intelligentes, intelligite, inclinate aures vestras, ut ex corde audiat.

Cap. 1. Berytus ciuitas est in sinibus Tyri & Sydonis sita, vestigialis autem Antiochenis. In hac ciuitate cum Iudæorum natio frequens esset, contigit ut propè synagogam, quæ illi amplam habent, quidam Christianorum numero domicilium à quodam conductum habitaret. Hic ex aduerso lectuli, imaginem Iesu Christi Domini nostri fixerat, et hæc sanè veneranda, quod integram Christi Domini proportionem exprimeret. Contigit autem non ita diu post id temporis, Christiano mansionem aliquantò ampliorem querente, neque id omninò fortuito factum est, sed diuina dispensatione, quæ omnes cupit in agnitionem veritatis venire, & saluos fieri, exhibens miracula his qui illum colunt, & pie illum credunt. Verùm in redargutione discredentiũ, confirmationẽ autem & stabilimentum peram, Christianus ædes maiores: quas cum

in alio ciuitatis loco inuenisset, è domo, quã prope synagogam habuit, in alteram migravit. Cumque res suas omnes in eam transfuisset, imaginem tamen illam Domini illic fortè reliquit, obliuione quidem illud, sed tamen diuina dispensatione. Iudæus autem commoditate loci captus, ædiculam illam conduxit, nondum animaduertens eiusmodi imaginem illic affixam: suaque istuc transferens, aliquandiu illic habitauit.

Quodam autem die cum hic gentilium suorum, quosdam in prandium inuissset, contigit, vt quidam conuiuiarum, sublatis oculis, imaginem Christi Domini nostri inspiceret: moxque conuersus ad conuiuatorem, Tu, inquit, Iudæus cum sis, qua fronte tandem aude huiuscemodi imaginem domi tuæ habere? Non dicam, hic quot plaustra conuitorum & maledicta in dominum Saluatorem effuderit. Coauiciator autem seipsum purgare studens, affirmabat etiam sanctè, se huiuscemodi imaginem hætenus non vidisse: atq; ita qui inuitatus erat, tacuit. Postquam autem fuisset egressus, ad principes sacerdotum hominem detulit, quod imaginem Saluatoris in ædibus conseruaret, Nazarcumque non eiecisset. Illi vero audita re, interrogauerunt num id possit approbare. Clamante illo, se posse confirmare, que diceret, omnes congregati & furore perciti, illo quidem die nihil egerunt: sed

326 COLLATION. SACRAR.
mane facto, congregati summi sacerdotes
seniores, cum ingenti hominum eiusdem na-
tionis turba, assumpto simul delatore Iudæo,
ad aedes illas, in quibus imago Domini nostri
habebatur, ire pergunt.

Cap. 2. Cùm autem ad eum locum venissent
seniores & principes sacerdotum, cum ipso
delatore, irrunt in domum, & confestim
imaginem saluatoris Domini nostri contem-
plati, furore pleni, Iudæum quidem extra sy-
nagogam eiiciunt, imaginem verò detrahunt,
dicentes: Quemadmodum patres nostri ille-
serunt ei (Matt. 26.) ita & nos faciamus. Tunc
omnes cœperunt spuere in faciem sancte ima-
ginis Christi, colaphisque hinc illinc faciem
cædentes, dicebant: Quæcunque designant
patres nostri in illum, ea & nos quoque facia-
mus in illius imaginem. Deinde inquitur:
Audiuimus quod illiuserunt ei patres nostri
faciamus idem hoc & nos quoque. Mox talia
conuicia euomuerunt in Iesu Christi imagi-
nem, quæ nemo sanæ mentis excogitare pos-
set. Addunt deinde: Audiuimus patres no-
stros pedes manusque illius clauis fixisse: quid
obest, quò minus & nos idem tentemus? Con-
festim autem imaginis Domini pedes manus-
que clauis ferreis perforauerunt.

Deinde infano ore clamant: Audiuimus
quod & aceto & felle imbuta spongia illum
potauerunt: (Marc. 15.) faciamus & nos simi-

LIBER III.

327

ter acceptaq; spongia aceto plena, ad os im-
 aginis applicuerunt. Rursum aiunt: Notum
 nobis est, quod & calamo caput illius patres
 nostri percusserunt. Fiat id ipsum etiam à no-
 bis pariter. Sumpto igitur calamo, caput Do-
 mini cadere cœperunt. Tandem aiunt: Cla-
 rum nobis est, quod lancea latus illius pupu-
 gerunt. Nihil à nobis omittatur, addamus &
 hoc ipsum. Itaque lanceam cuidam porrigen-
 tes, iusserunt, vt latus imaginis Dominicæ
 transfigeret. Ex eo autem, confestim sanguis
 & aquæ riuli emanare cœperunt. *Christe,*
gloria tibi, incomprehensibilis Domine, glo-
ria tibi. Quis tibi similis Domine? Quis alius
præter te Deus, faciens horrenda signa & ter-
ribilia, & obstupefenda in celo & in terra?
O admirabilis mediator Dei & hominum, &
Homouison, mundi redemptor ac saluator,
totius bonitatis & pietatis fons & origo. O
quantus es Domine in humilitate, qui cum
esses Deus, morticinium nostræ carnis susci-
piendo, homo fieri dignatus es pro salute ge-
neris humani, quem impij & crudeles pauld-
minus ab angelis minoratum cernentes, hor-
ribili morte plectere non erubuerunt. O quam
magnus es noster saluator in patiētia, qui in
tempore tuæ traditionis, tu traditori ad te ve-
menti, osculum præbere non renuisti, & seruo
Mattho Apostoli gladio abscissam auriculam
reintegrasti, (Luc. 22) quando ad passionis vi-
 ctimam

etiam velut ovis mansuetus deducebatur
 (*Isaie 52.*) O quantus es in misericordia Chri-
 ste, (*Iere. 11.*) Ipse vnica mundi, qui cum in cro-
 ce te ipsum hostiam Deo patri exhibuisses san-
 ctam & immaculatam, pro crucifixoribus veniam
 postulasti, dicendo ad patrem: Pater, ignosce
 illis, quia nesciunt quid faciunt (*Luc. 23.*) Tu
 quidem pro nostra salute incuruatus, in e-
 dem carne quam ex virgine sancta & immac-
 lata assumpseras, mortem pertulisti crudelen-
 Et qui eras in substantia cum patre sancto
 spiritu, vnus & impassibilis existens & inuisi-
 bilis, condoluisti humanam perire naturam.
 Et ideo in hanc lachrymarum vallem descen-
 dens, pro nostris erratibus & piaculis ser-
 uilem suscepisti, in qua te petuisti
 ab iniquis teneri, flagellari, ad vitium vero
 crucifigi. Nunc autem in sancta imagine tua
 crucifigeris Domine iterum, ad consolationem
 impiorum omnium infidelium, & ad conso-
 lationem omnium in te credentium. Et ibi
 eò tibi omnipotenti Deo vnà cum patre spo-
 rituq; sancto gloria sit per cuncta seculorum
 secula, decus & fortitudo virtus atq; victoria.
 Amen.

Cap. 3. Audite omnes Ecclesie filij cetera, que
 postmodum facta, ipsius enim mysterij fuit ob-
 pensatio. Postquam enim, vt superius dictum
 est, latus sancte imaginis illius apertum est
 continuo exiuit sanguis & aqua. Dixerunt au-
 tem

tem principes sacerdotum : Afferatur vas ad
 locum vulneris, & videamus exitum rei. Qui
 ilico detulerunt hydriam, & ad locum vulne-
 ris, vnde sanguis & aqua decurrebant, statue-
 runt. Quæ absque vlla mora subito repleta est.
 Dixerunt autem ad inuicem: Quoniam susur-
 rant Christum colentes, quod signa & inaudi-
 ta multa fecerit in mundo, quæ nemo alius a-
 gere potuit, accipiamus hunc sanguinem & a-
 quam hanc, & deferamus ad nostram syna-
 gogam, & congregemus vniuersos, qui se ma-
 le habent, & ex hoc perungamus eos: & si vera
 sint, quæ de Christo dicuntur, continuo sana-
 buntur: sin aliàs, ostentui habeantur à nobis
 cuncta, quæ à suis sequacibus afferuntur de co-
 hæ dicentes, hydriam deferunt ad synago-
 gam, astimantes se Christo IESU Domino
 nostro, æterni regis filio maximã inferre pos-
 se iniuriam. Congregauerunt igitur quoscua-
 que repererunt languidos, & in conspectu He-
 berorum introducti sunt in synagogam: in-
 ter quos quidam prouectæ ætatis erat homo,
 quem à natiuitate sua grauissima possiderat
 corporis molestia, quæ Græca locutione *πα-
 ρησις*, latinè verò dissolutio membrorum
 dicitur. Hic dū primum ab eis fuisset perun-
 ctus, repente de suo grabato quasi seruus exsi-
 liens, ad laudem filij Dei incolumis reditus, ad
 propria remeavit. Deinde adducentes cæcos
 nonnullos, loca illorū luminū perungere stu-
 duerunt.

330 COLLATION. SACRAR.
duerunt. Qui ipsi statim in Christo Iesu no-
mine discussa cœcitate, post multos annos lo-
men amissum recipere meruerunt. Aegrotan-
tes autem plurimi, ad hoc spectaculum sunt
adducti, manibus post terga reuinctis, Can-
que & illi fuissent peruncti, mirabili viua-
Dei vndique perfusi, sensu redintegrato po-
stino, ad propria dum reuertuntur sanissimi
laudes Dei omnipotentis filio Iesu Christi
Domino saluatori nostro persoluuntur ab
mni populo.

Tumultus autē exortus est magnus per to-
tandem urbem, cœcurrentibus omnibus pro-
pter innumerabilia, quæ fiebant miracula. Et
quicumque variis languoribus infirmos pos-
sessos habebant apud se, illuc eos deducere
perungebant, & statim sanitatem quam deside-
derabant, consequabantur. Omnes autem
quoscunq; peruenire potuit opinio, affectu-
tes infirmos, quos habere poterant in domi-
bus, paralyticos, cœcos, claudos, surdos, mu-
tos, & leprosos siue aridos, deducebant
ad synagogam Iudæorū, vbi hæc signa fiebant
diuinitus. Sed quamuis maxima esset hæc
dem synagoga, nequaquam tamen recipere
poterat superuenientium multitudinem, quæ
finitæ enim erant populorum cœteræ, quæ
illuc vndique confluebant propter innume-
rabilia miracula & prodigia, quæ pro nimia
prolixitate, ne fastidium generent, trahe-
di-
cipes
Iudæo-
rum in
& dice-
nipoten-
suo, reu-
notrum
ticiuim
perit, ac
tibi sit
bis miser-
vobis est
quæ ex
ad te con-
tes dice-
bant & si-
Cap. 4. P
agitudi-
tudo lu-
quæ in
num inu-
percalles,
bus sateb-
minem r
Domitæ
nauitau
& qualie
emanau

diendo pratermittuntur. Omnes autem principes sacerdotum & seniores, & omnis turba Iudeorum, paruulorum ac maiorum, & mulierum, videntes quæ facta fuerant, crediderunt in Dominum nostrum Iesum Christum, & dicebant: Gloria tibi sit æterne Deus & omnipotens pater, qui nobis indignis, quamuis sero, reuelasti unicum filiū tuum, Dominum nostrum Iesum Christum, quem, vt Esaiæ vaticinium cecinit, virgo concepit, & virgo peperit, ac post partum virgo permansit. Gloria tibi sit Christe fili Dei, qui tanta mirabilia nobis miseris monstrasti. Tibi credimus, tu nobis esto propitius, & nos suscipere dignare, quia ex toto corde, & tota anima atq; virtute ad te confugimus. Hæc & his similia clamantes dicebāt, lachrymas autem amaras emittebant & singultus.

Cap. 4. Postquam autē curati sunt cuncti, qui agitudine detinebantur, occurrit omnis multitudo Iudeorum ad domum sanctæ Ecclesiæ, quæ in eadem vrbe erat, vbi & Metropolitana inuenerunt. Cuius prouoluti vestigijs, se peccasse, se grauiter deliquisse, magnis vocibus fatebantur. Qui cum ab ijs perquireret omnem rei gestæ veritatem, sanctam iconam Domini saluatoris eidem demonstrantes, annunciauerunt cuncta, quæ in ea exercuerant & qualiter ab ictu lanceæ, sanguis & aqua emanauit ex latere ipsius, necnon & de mirabilibus

bilibus ab ea ostensis, illi retulerunt per
 nem. Ille vero interrogabat, qualiter
 ipsa ab iis fuisset reperta, & si ab aliquo
 excepissent. At illi retulerunt ei, quod
 dam Chisticola per obliuionem in
 synagogæ proxima, demississet eandem
 nam, dum se ad alium locum transferret
 pitandi gratia. Qui statim iubetur inquiri,
 reperiatur in præsentia Domini Metropolitani
 statui. Cumque ab eo studiosissime fuisset
 interrogatus, quomodo icona apud se deue-
 set, vel à quo tam mirabiliter posita esset,
 spondit, dicens, quod Nicodemus, qui ad
 sum nocte venerat, (Ioan. 3.) propriis manibus
 eam composuisset, & moriens, Gamaliel
 didisset. Gamaliel autem doctoris genitum
 Pauli *Γαμαλιηλ* (Act. 22.) cum diem sibi co-
 neret adesse extremum, Iacobo eam reliquit
 & Iacobus Simeoni & Zachæo, & sic per
 cessores temporum in Hierosolyma peruen-
 nit, vsque quo subuerso illius vrbs parrata
 quadragesimo tertio anno post Ascensionem
 Domini & saluatoris ad cælos, sed biennium
 ante, quam Titus & Vespasianus eandem
 uerterent urbem, admoniti sunt à Spiritu
 cto fideles atq; discipuli Christi, vt relicta
 be ad regnum se transferrent Agrippæ rex
 quia ipse tunc Agrippa Romanus iudex
 erat. Qui egressi ab vrbe, omnia quæ ad
 nostræ religionis vel fidei pertinere videtur

...ur, secum auferentes, in has regiones transtu-
...erunt. Quo tempore etiam icona cum cæ-
...eris rebus Ecclesiasticis deportata, vsq; hodie
...in Syria permansit, quam & ego ipse à paren-
...tibus ex hac luce migrantibus mihi traditam,
...iure hæreditario vsq; nunc possedi. Hæc certa
...manifesta ratio est, de icona sancta Domi-
...ni Saluatoris qualiter de Iudæa in Syria partes
...deuenit.

Auditis his sermonibus, reuerendissimus
...Metropolitanus valde hilaris redditus, cõuer-
...sus ad populum Israeliticum, dicebat: Cõuer-
...tere Israel ad Dominum patrem vniuersorum
...viuentium, & adora nobiscum eius filium,
...per quem sunt omnia creata, & spiritum san-
...ctum, qui est viuificator omnium viuentium,
...& illuminator nostrarum animarum, festina
...ad obitum absoluere vorum. Omnis autem tur-
...ba stirpis Iudaicæ, clara voce ccepit cantare &
...dicere: Vnus Deus pater, & ipse ingenitus: v-
...nus filius, & ipse vnigenitus Christus, quem
...patres nostri crucifixerunt, & nos ipsum agno-
...scimus verum Dominum. Vnus Spiritus san-
...ctus, & ab vtroque procedens, per quem vera-
...citer nos credimus esse saluandos, hæc dicen-
...tes, prostrati genibus ipsius, veniam postula-
...bant de suis commissis sceleribus per baptismi
...remedium. Quos suscipiens beatus Antistes,
...eum suis clericis, per dies plurimos de disci-
...plina et diuina Christiana. Ad vltimum verò
...cate-

334 COLLATION. SACRA
catechumenos factos, & triduam peracto
iunio, ex aqua & Spiritu sancto regenera
cos.

Cap. 5 Postquam verò baptismum consecra
sunt, rogabant enixi sanctum virum, ut syna
gogam suam Ecclesiam consecraret in honore
re sancti saluatoris mundi. Quorum petiti
minimè adspersus, synagogam illorū, quæ
maior esse videbatur, in nomine ynigeniti
lij DEI redemptoris mundi consecravit. Et
tunc itaque per diuersas orbis terras nationes
& prouincias mos inoleuit, ut basilicas ple
bas vel oratoria Pontifices Christianæ reg
in honore sancti saluatoris mundi conde
dedicare non desinane. Nam antea antiqui
res nostri vel maiores hoc peragere minime
præsumperunt. Sed ad narrationis nostre
dinem reflectamus articulum. Rogauerunt
autem Metropolitanus præfatum virum, ut
teras synagogas eorum in honore quorū
dam martyrum consecrando reconcilia
Itaque & huic petitioni libenter animus
commodauit, & quæ illi suggesserunt, deu
uamine fretus, cuncta expleuit deuotus.
Etum est gaudium magnum in ciuitate
non solum de sanitate corporum, quæ
nauerat maxima: sed & de tantis animabus
quæ ab interitu sathanæ ad vitam æternam
fuerunt reuocatae.

Cap. 6, Venerabilis verò & summus Ant

die noctuq; varijs fluctabat cogitationibus de
hydra, quę dominicū intra se retinebat cruo-
rem, valde hęsitans, quid de eo opportunum
fuiſſet peragere. Tandem autem ſalubri reper-
to conſilio, omnium Eccleſiarum, quę per or-
bem terrę longę lateque conſiſtebant, in aſti-
mabili atq; profuturum prouidit conſulatio-
nis remedium. Deinde ampullas præcepit fieri
vitreas, in quibus portiones miſit ſingulas de
ſanguine & aqua, quę de imagine Domini
ſaluatoris noſtri decurrerunt, cuncta quę a-
pud vibem iam dictam ſuo tempore contige-
rant, ſuis ſcriptis vel eloquijs maniſeſtiſſimę
vniuerſis ſanctę Eccleſię filiis vtiliter decla-
rauit. Hoc inſuper ab his eſſagitans, vt per an-
nos ſingulos in menſe Nouembri, qui apud
Hebręos eſt nonus, apud nos verò menſis vn-
decimus, vno die ipſius menſis, id eſt, quinto
idus Nouembriſ, nō minori reuerentia, quàm
Natiuitatis Domini vel Paſchalis, iſta dies præci-
pue obſeruatiōe colatur.

Hęc eſt vera & vehementer credula ratio
de cruce lateris Domini noſtri ſaluatoris, qui
profluxit de ſanctę imagine ipſius, quę cruci-
fixa eſt in Syria in Beyto ciuitate. Hic eſt et-
iam ſanguis ille Dominicus, qui apud plerof-
que repertus eſſe dicitur. Nec eſſe aliter aſti-
mendum à verè Catholicis, præter id, quod
ſcribitur à nobis, quaſi ex carne & ſanguine
Chriſti aliquid poſſit in mundo inueniri, niſi
illud,

illud, quod in ara altaris per manus sacerdotum quotidie spiritualiter efficitur. Hac ergo sciens, amantissimi patres & fratres, acceleravi declarare vobis, ad adificationem animarum vestrarum, ad incrementum vestrae fidei, ut & in hoc seire valeatis, quanta sit virtus & pietas Domini saluatoris nostri Iesu Christi. Idcirco in fide fortes estote, & congaudete, quod per magna & obstupenda eius miracula, quae in nostra generatione à Deo sunt parata. Idcirco date illi gloriam cum laetitia gaudetes, & cum nimia compunctione eius maiestati immensas gratias agite, eò quod fidei suae & scientiae dignos vos fecit esse. Ipsi Christo Iesu saluatori, cum patre sanctoque spiritu gloria sit honorque, laus etiam perennis, qui sempiternum atque indivisum absque initio & sine obitum imperium.

In VII. Synodo, quae est altera Nicæna, sequuntur hæc.

Constantinus sanctissimus Episcopus Constantinæ, quae est in Cypro, dixit: Ecce illi qui ab immortalitate appellationem sortiti sunt, totam hanc sacram congregationem compunctionem & lachrymas cõpulerunt. Non enim venerandas esse tantummodo imagines sanctorum docuit, sed & maximas qualitates medicandi rationes ab his proficisci. Theodosius sanctissimus Patriarcha dixit: Sed quod

piam dixerit, quam obrem miracula à nostris imaginibus non eduntur: Cui ita sanè cum Apostolo sit responsum: (1. Cor. 14.) Miracula non credentibus data sunt, sed illis, qui in incredulitate versantur. Hi igitur, qui imaginem ita tractabant, infideles erant; qua de causa signum illis datum est à Deo per imaginem, ut ea ratione ad fidem nostram Christianam traherentur. Generatio enim improba & adultera signum quaerit, & signum non dabitur illi. (Mat. 14.)

Gregorius Tironensis li. 1. ca. 22. de gloria martyrum, miraculum de imagine Christi telo traicta.

CAP. VII.

ISTO nunc tempore per credulitatem integram tanto Christus amore diligitur, ut cuius legem in tabulis cordis credentis populi retinent, eius etiam imaginem ad commemorationem virtutis in tabulis visibilibus pictam, per Ecclesias ac domos adfigant, sed & in hoc inimicus semper humani generis gemitus exultat. Nam Iudeus quidam cum huiusmodi imaginem in tabula pictam ac parieti affixam in Ecclesia sæpè vidisset, ait: Ecce seductorem illum, qui nos genusque nostrum huiusmodi verberat, elisamque de pariete, operam vestre, ad domum portans, flammis parat exurere. Sed res mira apparuit, quæ quod virtute Dei fuerit, non potest ambigi. Nam de vulnere